30

vagetur mendicantes vero indeterminatam habeant diocesim quamvis unius
cuiusque certis ut innuit casibus teneantur esse observatores Post hec aut(em) de iure
Reservatos casus enarrans omnibus confessariis generalem hanc metodum consti
tuit ne ad deputati superioris arbitrium delatum quicquam intent(er) nisi in mortis
articulo tunc enim potestatem omnibus equam consentit Dat et plurima circa hec
documenta quibus proprium sacerdotem item et casus quo aliquis etiam ab habente
auctoritatem non est absoluendus edocet. Deinde ordine ut videt(ur) non ad
vers(o): de non alienandis Rebus ecclesie de aqua benedicta de Bap(tis)mo. De benef(ici)o
De bello iusto et iniusto de prohibitione duelli de bigamia multa congerit item
de privatione a clericatu de digna corone ac de modo confitendi tam confessarium
quam penitentem concernenti simul et de sacramento confirmationis de cognatio
ne prohibente matrimonium De consecratione altaris vasorum aut vestium
sacrarum multa utiliter admonet Preterea de decimis de divortio de debito
coniugali De electione de elemosina De immunitate ecclesiastica de emptione et
venditione De iure hereditario Deque excommunicationis speciebus ac pena non vitantis
eam quamplurimis variis insertis casibus affert documenta hic furti et fornica
tionis matrimonium clerici lesionem multaque id genus excommunicationis attractiva constrin
git. De hereditate deinde ac exheredatione de hermaphrodito qualiter
non debeat ordinari De horis canonicis quando sint legende De im
pedimentis matrimonii tam contracti quam contrahendi de Ieiuniis De iuris igno
rantia que excusat peccatum et quando non de modis quibus quis dicitur intestatus de indul
gentiis quatenus prosint de infirmis qui sint secundum iura de inter
dicto de irregularitate quando incurritur et quando de ea dispensat(ur)
de offitio Iudicis deque iuramento licito ac illicito abunde docet Item de tri
plici genere legatorum ac eorundem auctoritate et offitio de legitimis ac illegitimis
que sint simul et de legitimatione de legibus qualiter quandoque non obligant
saltem in foro conscientie De libello famoso De locatione et conductione
de mendatum speciebus De militia quando sit mala de missa et eam concernentibus
Item quibus casibus possit sacerdos celebrare bis in die. De monacho ut non po
ssit effici canonicus regularis de Acceptionibus notorii De obedientia De obla
tionibus nuntius sint Necnon de potestate pape diff. instruit De peccato aut in
generali et quolibet criminali seorsum. Item de preceptis in generali ac sigillatim
de unoquoque salubriter admodum edisserit Post hec de religione ac religio
si officio. De reliquiis sanctorum quando venerande De Restitutione De 7 Sacra
mentis in generali De ecclesiastica sepultura quando quis ea iure careat et quando
non De Simonia et variis eius speciebus De sortilegis et Divinatoribus qualiter sint
puniendi De sponsalibus De suspensione clericorum ab officio De testamento
qui condere possint et quando De testibus quando secretum possint revelare
revelare De tutoris officio De virginitate quando perditur ac de voto utiliter
admodum docet Postremo casus quibus usura committitur. Item nota consanguini
tatis et affinitatis cum quibusdam regulis Iuris adnectens finem tantum ma
teriarum varietatem edocenti libro imponit

248 [88]

[Vidi] 10

Joannes Surgetus inter Suessones gallie populos oriundus militaris discipline
enchiridion edidit In quo tractationis materia ab hospitiorum mensoribus
Sive distributoribus quos epidimeticos vocant auspicatus summam eos decere
et equitatem et prudentiam docet ne eorum arrogantia metati seu milites hospi
tiis Recepti ~~altius et in se Respicientes~~ hospites suos irritando aggravent
ac insolentius erecti in concussionis crimen incidant evitabit aut hoc si
~~neque~~ unicuique pro sua conditione domus obsignentur ~~siquidem si civiles~~
~~fuerit ex simplicibus nec genere superiora meritus erit, in metatione est~~
~~Duntaxat domus secessio assignanda Reliquas aut hospiti partes huius de cau~~
~~omnes Relinquendas esse ex diversis legum sanctionibus deducit. Sillus~~